Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



XIII. 19

Curauimus babylonem. & non est curata; Quod autem LXX transtule
runt; Quod iustum est dare auferem. nequaquam ultra uacdam
hominibus: subauditur babylonem uel ceste hoc quod iustum est: & abla
tum de babylone; Disputant stoici multare turpia. praua homi
num consuetudine uerbis honesta esse. ut parricidium adulterium. homi
cidium incestum. & cetera his similia. rursumque: re honesta nominib;
uideri turpia. ut liberos procreare inflationem uentris crepitu
digerere. Aluum reuelare stercore. uessicam urinae effusione
laxare. Denique: non posse nos ut dicamus a rota rotulam. sicut mecopicum
mente facere. ergo. sen mathech. Quod aquila posuit ut diximus
uerecunda
uericundia mulieris appellantur. cuius. & o. mologia. Apud eos sonat
scientia. ut inexplicabilem babylonis indicat uoluptatem; Redemptor
noster dns exercituum. nomen illius scs israel; sede tacens intra in te
nebras filia chaldeorum. quia non uocaberis ultra domina regnorum;
Iratus sum super populum meum. & contaminaui hereditatem meam.
& dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias. super senem adgra
basti iugum tuum ualde. & dixisti in sempiterno ero domina. Non posu
isti haec super cor tuum. Neque recordata es nouissimi tui; LXX.
Quia ut ita dns sabaoth. Nomen est eius scs israel; sede compunta.
ingredere in tenebras filia chaldeorum. nequaquam ultra uocaberis
fortitudo regni. Iratus sum contra populum meum. contaminaui
hereditatem meam. Ego dedi eos in manu tua. tu uero non de
disti eis misericordiam. senis adgrauasti iugum ualde. & dixisti;
In aeternum ero domina. Non intellexisti haec in corde tuo. Neque
recordata es nouissimorum. Primus uersus iuxta LXX. cum su
perioribus copulatur ut sit sensus; haec & haec facit quia ut ita dns sabaoth.
Nomen est eius scs israel; Porro iuxta hebraeicum. ex persona populi
pph loquitur; quod haec fecerit contra babylonem dns exercituum
cuius nomen sit scs israel. rursumque: ad ipsam babylonem sermo
dirigitur. sede tacens siue compunta. & tuorum criminum
recordare. Ingredere tenebras. quia pra confusione & ignominia